Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8509
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



INCIPIT PROLOGVS
QVATVOR EVANGELIORVM

Plures fuisse qui Euangelia scripserunt et Lucas Euangelista testatur dicens: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quæ in nobis completæ sunt. Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt sermonem, et ministrauerunt ei, ac perseuerantia usque ad plenum tempus monumenta declarant. Quæ à diuersis auctoribus edita diuersarum hæresum fuere principia, ut est illud iuxta Egyptios, et Thomam, et Matthiam, et Bartholomæum: Duodecim quoque Apostolorum, et Basilidis atque Appellis